

## Eine interessante neue *Crepis* aus China.

Von

**Joh. Mattfeld.**

*Crepis disciformis* Mattf. spec. nov. (sect. *Glomeratae*). — Herba (an perennis an monocarpica?) depresso rosulans, discum solo appressum formans; radix perpendicularis, tenuis, simplex vel parce ramosa, ex capite minutiuscule vel vix incrassato, kataphyllis paucis, late ovatis, obtusis, 2—3 mm longis obsito rhizoma solitarium, tenue et fere filiforme, 1—7 cm longum, 1—2 mm crassum (glaream perfodiens), kataphyllis paucis valde distantibus, oblongis usque lineariblongis, supremis interdum laminam obovatam integram, 1 cm longam, 5 mm latam ferentibus obsitum, apice subito in caulem ampliatus emittens; caulis brevissimus sicut vix ullus, breviter turbinatus vel solum disciformis, supra appianatus et inflorescentiae receptaculum formans, 0,3 usque 2 cm altus, 1—4 cm diametens, cavus, laxe arachnoideus vel glabrescens, foliis valde confertis, inflorescentiam arcte cingentibus, stellatim expansis, solo appressis, rosulam diametro valde variabili, 2—15 cm diametentem exhibentibus dense obtectus; folia 1,5—6 cm longa, glauco-viridia, laxe arachnoideo-lanata praecipue basin versus, sed sursum mox plane glabrescentia, petiolata, petiolus appianatus, 3—7-nervius, e medio constricto sensim in laminam ampliatus, deorsum vaginatim dilatatus, vaginis erectis, arcte imbricatis, inflorescentiam pelvis vel quasi involucri secundi ordinis modo involucrantibus, lamina foliorum minorum obovata, grosse repando-pauci-dentata, 1—2 cm longa, ca. 8 mm lata, lamina foliorum maiorum ambitu obovato-oblonga usque oblonga, 2—4 cm longa, runcinata, lobo apicali obovato vel ovato vel rhomboideo maiore, dentibus ovatis, obtuse mucronulatis, retrorsis vel recte patentibus, folia interiora (superiora) sensim decrescentia. Inflorescentia capitulum secundi ordinis formans, capitula propria pauca (in speciminibus minoribus ca. 6—10) usque innumera, arcte conferta solitarie apposita caulis disco apicali

(receptaculo communi) insidentia, sessilia vel brevissime pedunculata (pedunculis eramosis), bracteis paucis lineari-filiformibus interiectis; involucri ecalyculati, 11—13 mm longi squamae 5, basi ad 2,5—3 mm longitudinis connatae et hic umbonatum-induratae, apice rotundatae obtusissimae, exteriores paullum cymbiformi-contractae, dorso praecipue ad nervum medium sparse setosae vel plane glabrescentes, exteriores 2 lineares, 1,5—2 mm latae, interiores oblongae; late membranaceo-marginatae, 3—4 mm latae. Flores in capitulo 5 (ex nota *Rockii* purpurascens; sicco aurantiaci), tubus filiformis ca. 8 mm longus, ligula late elliptica, truncata, ca. 3,5 mm longa, 1,5—1,8 mm lata, denticulata, dentibus 0,2—0,3 mm longis; antherae exsertae, 2—2,5 mm longae, stylus ramis inclusis ca. 13 ad 14 mm longus; achenia matura glabra, aurea vel dilute brunnea, obovoidea usque cylindrico-obovoidea paullum curvata, ca. 3,5 mm longa, apice late rotundato latissima, 1—1,5 mm lata, deinde basin versus sensim attenuata, disco pappifero minuto ex apice vix elevato coronata, paullum vel vix compressa (ex situ paullum variantia), dorso semper valde convexa et hic ex apice umbonato basin versus curvatim se attenuantia, ventre paullum concava vel saepius a latere visa lineam rectam monstrantia, 5-costata, costis (interdum serpentinis) valde prominentibus, valleculis latis sed ex situ achenii latitudine variabili disjunctis, i. e. achenia aut dorso 2-costata et deinde ventre late valleculata, aut dorso 1-costata et deinde ventre carinata; pappi setae caducae, 7—10 mm longae, argenteae et demum ex apice sordescens vel fusciscentes.

China: Kansu austro-occidentalis, vallis fluminis T'ao, regio Tebbu occid., in declivibus glareosis montis Kwang Kei, 4000 m s. m. (J. F. Rock no. 13 729, October 1925, fruct. et flor., fl. purpurascens, rosulas parvas prostratas formans; typus in herb. Berol.). — Sze-ch'uan borealis, San-ch'a-trii, in declivibus, 4300—4500 m s. m. (Harry Smith no. 3197, 10. August 1922, flor., rosulas intermedias praebens). Hsioeh-shan, in declivibus solo humoso et in pratis alpinis 4000—4300 m s. m. (Harry Smith no. 3414 et 3546, 11. August 1922, flor., rosulas spectabiles formans). Montes prope Matang boreali-orientem versus spectantes, in declivibus lapidosis, 4800—5100 m s. m. (Harry Smith no. 4424, 15. September 1922, fruct. rosulas parvas formans).

Species habitu *Crepidii Gilli* S. Moore vicinitatem urbium Tatsienlu et Tongolo etc. frequentanti similis sed acheniorum indole obovoidea 5-costata ab omnibus speciebus sectionis *Glomeratae* ita diversa, ut dubitandum, an eiusdem generis sint. Cl. Hemsley etsi

*Cr. sorocephalae* „achenia oblongo-obovoidea“ addixit, tamen, quod ex figura (Journ. Linn. Soc. London Bot. XXX, 1894, tab. 4, fig. 3) evidenter elucet, germina juvenilia solum examinavit, quae maturantia verisimiliter ad formam cylindricam eodem modo accrescere, quo alias species sectionis se gerentes invenies, suspicandum, id eo magis, quod achenia *Cr. sorocephalae* ex autore multistriata sunt. Achenia *Lactucæ Souliei* Franch. a dorso visa et indole et costarum numero et distributione ea *Cr. disciformis* in mentem vocant, sed illa attenuantur ex apice late obovoideo subito in rostrum breve iterum ampliatur in discum pappiferum cupuliformem et insuper compressione perinsigni a dorso perfecta graviter differunt, quibus de notis et insignibus species ambae, quamquam habitu congruunt, generibus diversis haec enim *Crepidi* illa *Lactucæ* inserendae sunt.

## XVI.

Die Grundlage der Gattung *Oliganthes* Cass.

Von

Joh. Mattfeld.

*Oliganthes vernonioides* (Kunth) Mattf. comb. nov.

*Pollalesta vernonioides* Kunth, Nov. Gen. IV (1820) 47, tab. 321.

*Vernonia dichocarpa* Sprengel, Syst. III (1826) 437, n. 43; Lessing in *Linnaea* VI (1831) 634.

*Vernonia dichocarpa* Lessing, in *Linnaea* IV (1829) 269; Knuth, *Initia Fl. venezuel.* (1928) 692 (excl. syn. *Oliganthes triflora* Cass.).

*Oliganthes triflora* Schultz-Bip., in *Linnaea* XX (1847) 504 p. p. (quoad pl. austro-americanam et synonym.); Pittier, *Pl. usual. Venez.* (1926) 411; Knuth, *Initia Fl. venezuel.* (1928) 695; non Cass.

*Eupatorium cydoniaefolium* (cydoneifolium) Willd. Hb. no. 15 134.

Venezuela: zwischen Caripe und El Purgatorio (Humboldt).

Im Laufe der Zeit hat man ganz vergessen, daß die besonders im nördlichen Süd- und in Mittelamerika entwickelte Gattung *Oliganthes* ursprünglich mit der Art *O. triflora* Cass. (in Bull. des Sci. 1817, p. 10; 1818, p. 58; Dict. des Sci. Nat. 36, 1825, p. 18; Humbert, in Mém. Soc. Linn. Normandie XXV, 1923, p. 29 u. 169) aus Mada-